

369.
Lib. XXIIIX. Tit. I.

**Qui Testamenta facere possunt &
quemadmodum Testamenta fiant.**

§. 1. *Testamentum* est legitima & directa à personâ habili facta designatio successoris habilis in universum jus, quod ipsa post mortem relinquit. Ejus not. 1. *Subjctum relativum*, quod est *Testator*, & *correlativum*, quod est *Heres* 2. *Species*.

§. 2. (1) *Testator* liberè testetur, dolo non inductus, etiam tenex, modò intelligat, & intelligatur. Licet tamen interrogatione & quibusdam blanditiis uti.

§. 3. *Prohibentur* testari

1. *Naturâ*

1. *impuberes*, etiamsi tutor autor esse vellet.

Minores possunt, etiam absque Curatore. (rorem.

2. *Furiosi*, nisi testentur tempore intermissi furoris, vel ante fu-

3. *Muti* } nisi à principe impetrave- (Mutus scribere)

4. *Surdi* } rint, & nisi (Surdus loqui) possit.

5. *Cæci*, nisi observatis solennibus l. 8. C. h. t.

2. *Lege*

1. *Servi*, capti ab hostibus (nisi antea testentur) dubii status, ob-

2. *Monachi*.

3. *Peregrini*, quibus tamen Fridericus Imp. testari permisit.

4. *Filii*, etiamsi pater velit. Nisi de solis bonis verè & quasi Ca-

5. *Prodigi*, quibus bonis interdictum. (strensis.)

6. *Malefici*

1. *Damnati Carminis famosi*. (Testamentum.

2. *Apostatae*, *Venefici*, *Hæretici*, nisi conversi post fecerint

3. *Incestis nuptiis polluti*.

4. *Usurarii manifesti* (quod bona vindicentur fisco.

5. *Deportati*, *Banniti* & *proscripti Imperii*.

6. *Olim omnes damnati Capitis*, hodie

1. *Soli crimen læsæ majestatis committentes*.

2. *ἀυτόχειρες* saltem ob delictum, ob quod bona alioqui publicantur.

A a a

§. 4.